



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regulae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616


Instructio ad reddendam conscientiæ rationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



INSTRVCTIO

A D R E D D E N D A M
conscientiæ rationem iuxta mo-
rem Societatis.



Necessitas
reddendæ cō-
scientiæ ratio-
nem.



In Exam.c.4.
§. 34. & seq.
& p.4.c.10. §.
§ & p.6. c. I.
§. 2.

Ntelligent singuli, dum ratio-
nem conscientiæ sunt redditu-
ri, quanti momenti Pater no-
ster sanctæ memoriæ Ignatius
id duxerit, ad maiorem Diui-
nae bonitatis gloriam; vt sub-
diti magis in spiritu cum gratia vberiori
proficiant, ac tanto maiore cum diligentia,
amore, & solicitudine iuuari, & à periculis
conseruari possint, vt quæ in Examine, & Cō-
stitutionibus toties commendantur, & §. 40,
sumarij Constitutionum præscribuntur de
reddenda ratione conscientiæ, exacte seruen-
tur. Proinde vnuisque magna cum puri-
tate, sub sigillo confessionis, aut secreti, aut
quacunque ratione ei placuerit, & ad maio-
rem ipsius consolationem fuerit, totam ani-
mam

mam suam integre manifestam faciat, nul-
lam rem celando, qua Dominum vniuerso-
rum offenderit post ultimam rationem reddi-
tam conscientia: vel certe aperiat eos defe-
ctus, qui magis ab eo tempore grauant ipsius
animam.

Capita vero, quibus conscientia ratio redi debet, haec fere erunt: ex quibus cum ea retulerint, quae ad plenam sui manifestationem dicenda putauerint, petant a Superiore, ut eos interrogando iunet, ac suppleat, si quid esse iudicet, quod ad maiorem Dei gloriam, & suorum notitiam scire velit.

1 An viuat contentus iuxta suam voca- Circa voca-
tionem.

2 Quomodo se habeat circa obediens etiam intellectus, paupertatem, castitatem, & usum aliarum virtutum, & quarum præcipue studio intentus sit.

3 An sentiat aliquas animi perturbationes, aut tentationes molestas, & de facilitate, seu difficultate, & modo eis resistendi, & ad quos affectus, vel peccata sit magis propensus & incitatus.

4 An contra Constitutiones, vel Regulam aliquam, vel ordinationem Superiorum firmum iudicium habuerit, vel contra eam disputauerit.

5 Quid sentiat de ipso instituto Societas, & medijs, quibus illa vtitur ad suum fi-

An tentatio-
nes sentiar, &
ut resistit.

An contra
Cstitutiones

K 2 nem

nem consequendum, & quem experiatur in se zelum animarum.

Vt orationi sit affectus.

6 Quomodo spiritualibus rebus sit affectus, quantum temporis orationi tribuat, & num vocali, an potius mentali iuuetur, & vtr plus temporis tribuat, & quem modum in orando teneat.

Consolatio, & desolatio.

7 Num in vsu rerum spiritualium consolationem & deuotionem habeat, an vero contra desolationem, ariditatem, & vagationem animi patiatur, & quomodo in ijs se gerat.

Fructus communionis, excommunicationis, &c.

8 De fructu quem ex communione, confessione, examine, præsertim particulari, & alijs exercitijs spiritualibus percipiat.

De fructu maiori vel minori.

9 Num post ultimam rationem conscientiae, quam reddidit, maiorem an minorem fructum fecerit, & quem animum experiatur ad perfectionem consequendam.

Constitutionum obseruatio.

10 Quomodo obseruet, quæ ex Constitutionibus, & Regulis tum communibus, tum officij sui ad eum pertinent.

Mortificat. & penitentia.

11 De mortificationibus, pœnitentijs, & alijs excitationibus, quæ faciunt ad spiritus profectum; & in specie de præparacione ad iniurias, & ad alia, quæ ad Christi crucem pertinent, ferenda, atque eorum desiderio.


De Socijs.

12 De socijs, & quomodo ex eorum conuersatione proficiat in Domino, & an aliqui

cui plus sit familiaris, quam alijs.

13 An auersionem animi sentiat ab ali- De affectu cir
quo, & an offensus sit in aliquo à Superiori- ca Superiores
bus, vel officialibus, vel quauis alia persona,
& quomodo sit affectus erga Superiores.

14 An tentationes aliquas sit passus, An tentatio-
quas alij intellexerint, præsertim circa vo- nes alij intel-
lexerint.
cationem.



K 3 RE.